

Werk

Titel: Der Streit über den Verfasser des Büchleins "De Imitatione Christi," wie solcher ...

Autor: Ruland, Anton

Ort: Leipzig

Jahr: 1861

PURL: https://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?342672002_0022|log92

Kontakt/Contact

[Digizeitschriften e.V.](#)
SUB Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen

✉ info@digizeitschriften.de

SERAPEUM.

Zeitschrift

für

Bibliothekwissenschaft, Handschriftenkunde und
ältere Litteratur.

Im Vereine mit Bibliothekaren und Litteraturfreunden
herausgegeben

von

Dr. Robert Naumann.

N^o 20. Leipzig, den 31. October **1861.**

Der

Streit über den Verfasser des Büchleins
„**De Imitatione Christi,**“
wie solcher im XVIII. Jahrhundert in Deutschland
geführt wurde.

Von

Dr. Anton Ruland,
K. Oberbibliothekar in Würzburg.

(Fortsetzung.)

Am 2. März bezeugte Kuen den Empfang der Handschrift, die 8 Tage vorher in Ulm angekommen war, und schickte Papierproben zum Druck für 1000 Exemplare der Amort'schen Deductio.

Unter dem 16. März meldet derselbe: „Amorti partum curabo ut proprium! . . . Observavi — fügt er bei — aliqua in Dissertatione critica Amorti, quae cum facultate mihi concessa diligenter corrigam. . . Utar facultate mihi concessa summa sinceritate et non nisi in illis locis, ubi certo mihi constat de contrario, bene enim novi, modicam eruditionem meam comparari haud posse eruditioni Amortii.“

Bezüglich des P. Angelus meldet er: „Dubitas an ju-
XXII. Jahrgang. 20

venis Schyrensis post solidissimam demonstrationem Amorti denuo descensus sit in arenam contra Kempensem. Ego etiam dubito. *Hoc scio quod contra me apologiam non tantum scripsit, sed illa jam sit subjecta prelo, et proxime emersura sit in publicum.* Ita ad me ipsemet R^{dnu} Schyrensis ipsemet Angelus, qui fors

Angelicus juvenis senibus sataniscet in annis.

Utramque Epistolam videbis proxime descriptam ex autographo; minime itaque falleris, Angelum hunc niti *baculo arundineo* . . . Ego tot ineptias in Dissertatione Maerzii invenio, ac indes detego, ut plane indignam ulteriori refutatione censeam. *Congredias nihilominus cum illo secunda vice, protestabor tamen simul, tempus a me male fuisse impensum.*“ An Amort schrieb er am 6. April 1761 im selben Betreff: „Satis jocosa erit repetita cum Criticastro Schyrensi pugna, cujus hallucinationes fere sunt innumerae. Vereor tamen ne exspectare jussus sit usque dum tua Apologia lucem publicam viderit.“

Nachdem er am selben Tage an Töpsel geschrieben hatte: „Fervet interea sub praelo Amorti opus; jamque ad primum argumentum responsa typis expressa leguntur. Quae corrigenda monuisti corrigam —“ fügt er bei: „Nihil hactenus de apologia nova contra me a Schyrensi scripta ad me delatum, est, etsi Reverendissimum Frisingensem Suffraganeum monuerim, rogaverimque, ut quam primum edita folia mihi communicaret. Vereor ne omnino suppresserit Infantem in cunis, cum absque illius praescitu in typographaeo aulico impressioni illius factum fuerit initium.“

Am 19. Mai meldet Kuen, dass bereits 19 Bogen von Amorts Werk gedruckt seien, mit dem Beisatze: „Amorti appendicem avide exspecto, licet in opere suo, quod sub praelo sudat, vix semel me nominare dignatus sit, imo alicubi nomen meum deleverit. Adhuc addendum aliquid, quod primo loco debuissent ponere, nempe cur adeo morosi sint Ulmenses Typographi! Habesis causam. Impedimento per tres fere hebdomades fuere plures characteres, qui ligno incidi debuerant¹⁾, cumque nullus artifex Ulmae sit inventus, qui hunc laborem in se susciperet, Augustam MS. mitti debuit, atque inde tardius remissum.“

Seine Furcht, P. Angelus März werde seine Antwort unterdrückt haben, hatte sich nicht gerechtfertigt. Er schreibt: „Haec mihi Scurrae Schyrensis Apologeticum adversus me libellum attulit, quem quidem jam ante biduum Schyra accepi cum litteris petulantissimis, quarum tibi copiam mitto. Nunc primum intelligo causam Gersenistarum esse causam Diaboli,

¹⁾ Diese in Holz ausgeschnittene Schriftproben finden sich in der Deductio S. 125. 135.

qui Angelus, qui contra Michaellem pugnavit, Diabolus fuit. Adversus hunc scurram ego minime vindictam meditor et pugnabo. Parcat ipsi Deus, ego christianam vindictam meditor et silebo, nec juvabit me tam ignavo inquinari sanguine.

Nun fügt er bei: „Me autem silente *clamabit altius R. D. Decanus meus, qui pugnabit pro Abbate suo. Titulus Apologetici erit: Lapsus Schyrensis Angeli.*“

Die obigen „litterae petulantissimae“ lauteten:

Reverendissime, Perillustris

ac Amplissime Dñe Dñe Praesul, Dñe Patrone
plurimum gratiose, observandissime!

Dudum acceperis Angelum contra Michaellem, quo oculo, an severiori, an benigno? dubito. Da veniam praecipiti calamo, da angelo in posterum certe suavissimo, modestissimo.

Sunt ex Suevia in Frisingensi nostro Lyceo, qui et faciem tuam, scripta tua, tuum cum Amorto commercium melius longe me norunt, igitur horum instructione ferme omnia scripsi, quae prae aliis displicere possunt. Ergo, Reverendissime Praesul, accipe denuo simulato saltem animo levidense meum opusculum, enormes typographi errores corrige, seu potius benigne tolera. Auctorem audacter refuta. Repeto, habebis adversarium humillimum, pacatissimum. Si vero offensum te putes, Domine Domine quid me vis facere? Id unum praeter veniam rogo, ne diutius *Praesul — Decani* famulum agas, operarium agas, agas quasi mercenarium. Possem Eruditorum Bavariae exhibere litteras, in quibus tua, non illius extollitur eruditio. Ajunt, mirum non esse, Amortio libros cum fungis nasci, cum alienis, tuis praecipue, volent pennis, tua se jactent scientia. Relata refero, et haec ipsa salva in tantum virum reverentia. Vive interim Reverendissime Praesul, eumque denuo in paternum suscipe sinum, qui cum sacratae manus osculo perennat

Dabam Schyrae
29. Aprilis 1761.

Humillimus in Xto
servus ac cliens P. Angelus
Schyrensis.

Uebrigens schrieb Kuen am selben Tage (19. Mai) noch an Amort, bezüglich des P. Angelus: „Credebam me rem habiturum cum juvene, sed puerum petulantem expertus sum, scurram inveni, quovis stabulario Menalca crudiorum.“

Am 20. Mai, wo er dem Prälaten Töpsel schreibt: „Abire ad te jubeo impressa Deductionis Amortianae folia“ fügt er bei: „Sequentem crism ab Excell^{mo} Domino Ministro caesareo Dvo de Ramsphwag tulit: Autorem illius — *horrei* inest — *asceterii* sed *Rusticani* cujusdam instrumentum. Frustra me hic Procrustes invitat ad campum Martium. Repeto quod Apèr quondam dixit Asello:

„facilis vindicta est mihi
Sed inquinari nolo ignavo sanguine.“

Der Titel dieser aus 79 Octavseiten bestehenden Schrift lautet:

Angelus contra Michaellem, seu crisis apologetica adversus reverendissimi perillustris ac amplissimi Domini Domini *Michaelis*, Praepositi Wengensis Ulmae, Abbatis Lateranensis &c. Joannem de Canabaco ex Comitibus de Canabaco oriundum in favorem Ioannis Gersenii, Abbatis Vercellensis O. S. B. concepta a *P. Angelo März* Benedictino Schyrensi. Cum facultate Superiorum. *Frisingae*. Typis ac sumptibus Philippi Ludovici Böck, typogr. Aul. nec non Lycei 1761.

Die Schrift ist dem Abt Benedict von Rott dedicirt, und zwar „ex Musaeo Schyrensi duodecimo Kalendas Aprilis 1761.“ Die Rückseite der Dedicatio enthält 6 Hexameter beginnend:

„Rideat Ulma tuam, Confrater, Amice juventam:

und endend:

Dejiciet tardos prompta Juventa senes.

Die Vorrede beginnt spottend: „Unus alterve Mensis, quo dissertationem criticam adversus Kempistas edidi, transit. Et ecce! jam conjurati veniunt ad classica venti. Bella, horrida bella. Audiamus Reverendissimi clamorem etc. etc.“, macht Ausfälle auf Eusebius Amort, und fordert den Prälaten Kuen zum Kampf heraus. Nach der Vorrede folgt ein Elogium reverendissimi adversarii *Michaelis* Praepositi Wengensis. Das Werkchen selbst stellt jedem §. der Kuen'schen Schrift einen Gegenparagraphen auf. Z. B. „§. I. contra I. An unquam exstiterit in rerum natura Joannes de Canabaco. Bemerkenswerth und für die Litteraturgeschichte nicht ohne Interesse ist die S. 66 beigefügte Apologie für Oliverius Legipontius.

Töpsel selbst sprach sein Urtheil in einem Briefe vom 2. Juni aus: „Unus ex nostris jam senioribus, dum legit puerilia scribillatoris hujus — quasi ex tripode exclamavit

Angele nunc puer es, vir eris cum tempore, quando

Terra feret stellas, caelum findetur aratro.

Caeterum gloriantur in *Puero* suo Monachi Schyrenses, quantum illis volupe sit, gloriantur et alii levis armaturae monachuli semi-docti, aliter judicabunt de stramineo Gersene monachi docti, liberique a praejudiciis. Crede mihi, Praesul doctissime, causa Gerseniana jam ad Triarios redacta est. Hinc nil magis cupimus, quam ut Deductio Amortiana brevi e Praelo prodeat in lucem.“

Indessen hatte der Wengener Prälat, trotz seines Vorsatzes nicht mehr zu antworten, bereits unter dem 8. Juni seine neue Schrift, welche aus 64 Octavseiten besteht und den Titel führt:

Anticrises in Crisin apologeticam inscriptam: *Angelus contra Michaellem*, quas edidit *Adolphus de Kempis* C. R. *Canabaci* apud haeredes Joa. Gersen MDCCLXI.

welcher ein

Appendix ad Anticrises contra libellum, cujus titulus: *Angelus contra Michaellem*. Addita ab *A. DE K. C. R. Canabaci* apud haeredes Joa. Gersen, MDCCLXI. XVI. Seiten 8^o.

folgte, mit dem Schreiben überschickt, in dem er an Töpsel die Frage stellt: „An autem aegre non sis laturus, quae pro me *Adolphus de Kempis* scripsit, scire summa aviditate cupio. Tacere volebam — fährt Kuen fort — non siverant autem Wengenses Musae quae in furorem actae vindicabunt Abbatem suum. Post dies quatuordecim Thalam honoris mei vindicem habebis. Si patientiam tuam extenderis nonnihil leges *Trautweinii* nostri *Lapsus Angeli contra Michaellem certantis*. Fors una simul recipies novam dissertationem *Adolphi de Kempis* Interim haec omnia excudet alius typographus ne Vogelio injiciatur mora.“

Anlangend den Inhalt, so war hier Kuen unter dem Namen des *Adolphus de Kempis* sehr persönlich geworden. „Gratulari tibi haud possum — schreibt er im Beginne seiner Schrift seinem Gegner *Angelus* — quod libellum alterum abortiveris, ingenii et modestiae tuae miserabile specimen.“ u. s. w. Er schreibt sogar: „Nolo stare tecum in campo martio, a quo nemo recedet nisi famam boni nominis perdere velit, satis enim prodidisti tuam detrahendi libidinem, quam etiam cum Facultate superiorum et cum scandalo bonorum exerces. Quare me nomen meum non nihil celasse nullus prudentum mirabitur. Noli suspicari hanc *Anticrisin* instantis praelii esse prodromum. Postquam publicum monuero, quantum vel in solis tribus primoribus paginis peccaveris, quae titulum, Epigramma et Praefationem tuam continent, discedam ex arena . . In hac scriptione mea saepius *Martialis* occurret, quia etiam tu petulanter contra Reverendissimum *Adversarium* tuum illum produxisti, et versibus lusisti.“

Der erwähnte *Appendix* handelt „*De Palinodia . . Cardinalis Roberti Bellarmini in favorem Thomae de Kempis*.“

Allein noch mehr, bereits am 21. Jun. 1761 schickte Kuen dem Prälaten eine neue Druckschrift, 64 Octavseiten stark unter dem Titel:

Notitia historico-critica de *Codice Veneto sive Januensi*, qui in Controversia de authore librorum quatuor de imitatione Christi saepius allegari solet, publicata ab *Adolpho de Kempis* C. R. *Coloniae* sumptibus *Kempisiorum*. Anno MDCCLXI.

In der Vorrede entschuldigt er sich, dass er nochmals

rede, nachdem er den Vorsatz gehabt habe, zu schweigen, beruft sich auf die Aneifung eines Freundes und sagt dann: „Pungentibus armis adversus jam devictum Adversarium non amplius utar. Mitiori calamo non illius Personam sed propositas ab ipso falsitates aggrediar. Imposterum autem silebo . . .“ Die Abhandlung selbst bezieht sich auf die Venediger Ausgabe der *Imitatio* von 1501., welche bekanntlich als ein Beweis gegen Thomas von Kempis gebraucht worden war.

Indem Kuen diese neue Schrift überschickte, schreibt er in seinem Briefe: „Nescio an, Reverendissime Praesul, Anticrises meas receperis. Non potui omnino silere ad pueriles injurias. *Notitiam historico-criticam* nunc mitto *de Codice Veneto* . . . Adhuc in fermento sunt Wengenses Musae et noster Trautweinius in detegendis Angeli lapsibus indies sudet. *Prolixo carmine Ibin Schyrensem coronavit*. Necdum tamen illud publicis typis est expressum.“¹⁾

Das Urtheil Töpsels vom 30. Jun. war: „Januensis Codicis imposturas demonstrasti ad oculum.“ An Felix von Oefele schrieb er am 2. Jul. „*Adolphus de Kempis, quem nosti*, novam iterum, ut nuper jam in ejus litteris legisti, adversus Gersenistam Schyrensem edidit lucubratiunculam *de Codice Veneto sive Januensi*, adeo ab illo laudato, quae mihi prae reliquis placet, imposturasque Gersenistarum quoad illum codicem plane demonstrat. Nescio autem quid rei subsit, quod adeo sub praelo protrahatur *Opus Amortianum*, nisi forte id ipsum in causa, quod levis armaturae equites ad bellum soleant procedere ante cataphractos, ludicrisque scaenis securitaturae praeludere cladi.“

Endlich am 21. Juli 1761 gab der Prälat von Wengen die Nachricht, dass das *Opus Amortianum* vollendet und nunmehr 300 Exemplare abgedruckt seien, welche am 23. Jul. nach München abgingen, 100 Exemplare für Polling, das Exemplar im Preise zu 1 fl. 15 xr.

Des Buches Titel lautet:

Eusebii Amort, canonici regularis et Decani Pollingani, Deductio critica, qua juxta sanioris criticae leges moraliter certum redditur Ven. Thomam Kempensem librorum de Imitatione Christi Authorem esse. Cum responsione ad oppositiones Gersenistae Schyrensis frivolas eo modo scripta, ut pro generali formula circa controversias historias de scriptis, documentis, monumentis, vel actis publicis veterum haberi possit. Cum permissu superiorum. Augusta

1) Am 24. Jul. schreibt Kuen an Töpsel: „Carmen laureatum in *Ibin Schyrensem* tentatum est, *Lapsus Angeli* in quavis fere pagina mordent et vulnerant, necdum utrumque opusculum prelo subjecti, expectaturus nonnihil, quid novi moliturus sit Schyrensis Onager.“

Vindellicorum, sumptibus Joan. Conradi Wohleri, Bibliop. Ulmensis. MDCCLXI.

Das Werk besteht aus 344 Quartseiten und 6 unbezifferten Blättern. Eine Dedication findet sich nicht vor.¹⁾ Die Vorrede beginnt: „Andabatarum more, casside infra oculos depressa, ad exhilarationem populi Romani secum invicem congregientium, ludicrum orbi exhibere solent spectaculum, qui circa controversias historicas absque peritia Artis criticae, aut absque notitia *Historiae Litterariae* in arenam descendunt.“ Das sei nun der Fall mit dem P. März, der fünf-fach gefehlt habe. Diese 5 Fehler sind:

1. Argumentum moraliter certum ex testimonio septuaginta septem coaevorum tertium solvere conatur ex eo, quia singuli fallere possunt. „Solutionem esse pessimam“ — so fügt er bei — ars critica monstrat.
2. Argumentum plusquam moraliter certum ex convenientia Styli Kempisiani in NB. quadringentis Idiotismis Styli Kempisiani solvere conatur ex eo, quia unus alterius Idiotismos singulos imitari potest. „Verum ars critica monstrat, id ab orbe condito nec factum esse unquam“ etc.
3. Ex defectu *Historiae Litterariae* allegat Acta tanquam certa, quae ex testibus oculatis constat esse falsa.
4. Ex defectu sanae rationis praefert meras praesumptiones Gersenianas morali certitudini Kempisiana . . . (oppositas).
5. Ex quatuor distinctis veris personis consuit unam personam fictam, videlicet Joannem Gersen, de Canabaco, Abbatem Vercellensem, Decretorum Doctorem.

Amort erklärt: „Has quinque Propositiones luce meridiana clarius demonstrabo in sequenti Deductione critica.“

Die Hauptabtheilungen des Amort'schen Werkes sind:

Pars I. Vita, Acta et Scripta I. Joannis Gerson, Cancellarii Parisiensis. II. Joannis de Kempis. III. Thomae de Kempis Fratrum Germanorum.

Pars II. Principia artis criticae praestabilita

Pars III. Argumenta Thomae Kempisio opposita, sich in XIV Abtheilungen spaltead.

Pars IV. Argumenta pro Thoma Kempensi. Hier werden 77 gleichzeitige Zeugen aufgeführt, darunter LX Codices. — Als Argument II. wird der Beweis geführt „Ex 400 Idiotismis Styli Kempisiani“.

1) Amort hatte bereits beschlossen, sein Buch dem Prälaten Michael Kuen selbst zu widmen, und ihm war bereits die Dedication überschickt, ward aber wieder zurück verlangt! Hierüber schrieb Töpsel am 14. Jul. 1761 „Cur Amortus libentissime videat Dedicationem tolli, penitusque omitti, alia ratio non est, quam quod Tibi Sibique reciproca timeat ab Effronte.“

- Pars V. „Figmenta Gerseniana“. Solcher sind VI, denen eine eigene Praefatio vorgeschickt wird.
- Pars VI. „D. Joseph Valart novus Gersenista à Canonico Parisiensi convellitur“ In 3 Questiones getheilt.
- Pars VII. Varia Documenta.
- Pars VIII. Errata Personalialia novi Gersenistae in puncto Eruditionis.
- Pars IX. „Animadversiones ad Crisin Apologeticam Gersenistae Schyrensis.“

Eine Mappa geographia Kempisiana so wie drei Tafeln, enthaltend ein Facsimile des Codex Aronensis, gestochen von J. E. Belling in Augshurg, sind beigelegt.

Amorts Werk, bestehend aus 274 §§., ist eine Ausführung seiner vor 36 Jahren veröffentlichten Informatio. Pars IX derselben ist rein persönlich. Er schliesst: „Parcat juvenis ineruditus labori . . . Maneat proin Domi Gersenistae Schyrensis Demonstratio, si nolit confundi. Reliqua aliis libranda relinquo. Mihi enim, qui olim anno aetatis meae trigesimo quinto, haud amplius juvenis cum Polycrate Gersensi luseram, nunc prope Septuagenario ¹⁾ non vacat, pluribus verbis reciprocare, nec Ecclesiae nec Publico profuturas tricas.“

Nun aber sollte sich ein neuer Gegner erheben, an den Niemand gedacht hatte! Am 26. Juli 1761 schreibt Kuen an Töpsel: „Hoc fero momento lectionem absolvi novi cujusdam libelli adversus me scripti sub hoc titulo: „*Didymi Vercellensis ad Camillum Leodiensem Epistolae adversus auctoritatem Joannis de Canabaco.*“ Locus impressionis nullus adest. . . Verus illius author est Helvetus, humanitati non studuit nisi inter vacas. Nihil affert novi nisi quod ratiunculas ali-

1) Bezüglich des Wortes „Septuagenario“ besteht eine bibliographische Varietät. Töpsel schreibt hierüber Tom. II. fol. 120 seiner Correspondenz einem Freunde in Mailand: „Videbis etiam inter prima et posteriora exemplaria in ultima pagina 344, Linea fere penultima aliquod discrimen; in primis dicitur ibi Amortus prope *octuagenarius*, in posterioribus vero prope, *Septuagenarius*, quod ultimum verum est. Corrector scilicet propria auctoritate, cum sibi magis senem contra autographum finxerit Amortum, pro Septuagenario fecit octuagenarium, cumque prima exemplaria Ulmae impressa statim Augusta Vindellicorum Mediolanum fuerint translata, quin prius aliquod exemplar adhuc Pollingam venerit, mansit hic error, qui in posterioribus *aliud imprimendo folium* fuit correctus.“ Dem alten Amort war der Fehler sehr unlieb: „Mendum ultimum — hatte Töpsel am 3. Aug. 1761 an Kuen geschrieben — turpissimum est. Nescio qua ratione error hic aut in calamum aut in typum poterit influere!“ Am 9. Aug. antwortete Kuen: Circa ultimum Deductionis Amortianae folium, factum est, quod petiisti. Judicavi autem melius esse, si integer quaternio reimprimeretur, ne plures vagabundae paginae deperdantur. Commissi erroris, fateor, ipsemet solus ego reus sum; credebam enim Amortum jam prope *octogenarium* esse.“ Das schon erwähnte Handexemplar Amorts (P. Lat. 71-) hat „octuagenario“ an fraglicher Stelle!

quas adducat cur Bulla Gregorii IX. ad Thomam Gallum merito habenda sit pro supposititia . . . Hoc exemplar Rhinaugiensis Monachus cuidam suorum amicorum in vicinia nostra pro munere misit, haud dubie etiam Rhinaugiensis quidam libelli author est, cui omnes boves et vaccae haud dubie admugirent.“ Töpsel antwortete am 3. Aug. „Sero heri ad noctem accepi gratissimas tuas literas de die 26. Julii, ex quibus intelligo, novum te Antagonistam ex Helvetia natum esse, hominum utique stultissimum. Si Bullam Gregorii IX. ex adscripto anno incarnationis Dominicae sublestae fidei ream agere contendat, mitto hic tibi in Originali authenticum testimonium Bullae hujus a RR^{mo} Abbate Frova mihi communicatum . . .“

Der Titel der kleinen aus 95 Octavseiten bestehenden Schrift lautet:

Didymi Vercellensis ad Camillum Doctorem Lovaniensem Epistola I. de Joanae à Canabaco ex comitibus de Canabaco aurei de Imitatione Christi Libelli Authore a quodam Canonico Regulari S. Augustini Congreg. Lateran. recenter detecto. 1761.

Dieser erste Brief ist datirt: 13. Martii A. I. D. 1761. Ind. IX. und endet S. 38. Die Epistola II hat wieder ein eigenes Titelblatt, und beginnt S. 41., datirt vom 12. April 1761.

Am 9. August schrieb Kuen an Töpsel: „Nihil gratius mittere mihi potuisses, quam vidimatam Gregorii IX. Bullam. Jam enim *sub incude est Didymus Vercellensis*, quem quidem ab initio vitulum vaccae cujusdam Helveticae credebam, sed nec ovum ovo similis, quam personatus hic Lavernio Schyrensi Cacangelo. Am 30. August schreibt er weiter: „Solidam hujus centonis refutationem brevi etiam accipies¹⁾. Non dubitabis mecum sentire, authorem istorum foliorum esse non alium quam Pseudo-Angelum Schyrensem. Eadem utriusque est facies, stultum ratiocinium, errores gramaticales, Lapsus contra orthographiam, Appollo idem minus favens, idem scripturae abusus, eadem calumniandi ratio, eadem Schlechdorfensium rusticorum humanitas, eadem argumenta et acrisia.“ Am 10. Sept. antwortete Töpsel: „Didymi Vercellensis binas litteras, vel potius centum calumnias haud sine bile legi. Nunquam ego credidsem eo proterviae devenire posse imberbem juvenem . . .²⁾ Didymum hunc didymissimum esse Cacangelm Schyrensem non est dubium. Noscitur ex superbia styli

1) Es war die beabsichtigte Schrift: „Lapsus deteriores Didymi Vercellensis“ welche später Actus academicus überschrieben ward

2) Auch hier waltete bei Töpsel noch die Meinung vor, dass Angelus März der Verfasser oder mit dem Didymus Vercellensis eine und dieselbe Person sei!

et phrasium Pontani, quas quondam sub ferula didicit; noscitur ex arte calumniandi . . . noscitur denique ex sexcentis aliis signis indubiis etc. etc.“

Allein dennoch hatten sich beide Männer in dem Autor geirrt: „Sunt“ — schreibt Kuen am 1. Dec. 1761 an Töpsel — „qui etiam mihi idemdem in aurem Didymum Vercellenesse Monacho-Vitulum Rhinaugiensem, quem miserum ingenium non sinit esse Bovem. Nomen illi est *Sebastian Kreutter* vel *Greitter*¹⁾ sic mihi sinceri quidam amici ex Benedictinis.“

Die Wiederlegung ward dem Decan Gregor Trautwein in Wengen aufgetragen, dessen Carmen in Ibin unterdessen erschienen war. Bereits am 9. August 1761 hatte Propst Kuen 20 Exemplare nach Polling geschickt: „Addo ex Parnasso Wengensi vigesies *Carmen in Ibin Schyrensem*. Fateor, omnino volebam illum suppressere una cum *Lapsibus Angeli*, qui necdum prelum subiere. Cum tamen non cessent Gersenistici Crabrones me petulantissime impetere, omnique seposita religiosa modestia gravissimis calumniis me vulnerare, firmum fixumque stat prelo relinquere Lapsus Schyrensis Angeli. Satis dentatus in iis est *Trautweinius*, qui pariter post jam suppeditatas a me responsiones cofodiet novo opusculo Pseudo-Vercellensem Didymum.“

Diese kleine seltene aus 24 Octavseiten bestehende Schrift führt den Titel:

P. Vigili Wenkerose, Canonici Mechlinensis in *Ibin Schyrensem Carmen* laureatum, cantatum amoris, honoris et veritatis ergo post noviter restauratum bellum in causa Kempisiana. *Zwollis*, sumptibus Kempissiorum MDCCLXI.

besteht aus 242 Distichen, und ist ein Spottgedicht auf P. Angelus. Franz Töpsel schrieb hierüber am 25. Aug. „Wenkerosii carmen laureatum in Ibin Schyrensem ego saltem non satis capio, cum illud Nasonis non nisi sexcentas vomat execrationes in Ibim veterem, hoc autem quasi sub habitu Epici carminis incedat. Equis ejus Auctor?“ Ihm antwortete am 16. September der Prälat Kuen: „Author carminis in Ibin Schyrensem est *Trautweinius*. Per Ibin ciconiam aegyptiacam intelligit proprio rostro — — — purgantis. Fateor pluribus in locis carmen esse obscurius; fors suo tempore accedet lucerna, quae omnes tenebras facile dissipabit.“ In eben diesem Briefe zeigt er nun an: „Tertiae epistolae locum supplebit recentissimus *P. Angeli* partus contra Adolphum de Kempis in publicam lucem cum licentia. R^{ami} sui Praesulis editus, infernali Lucina favente. Ecce opellae titulum:

1) Der Name wird stets verschieden geschrieben.

Crisis in Anticrisin Adolphi de Kempis C.
R. lata a P. Angelo März, O. S. B. Schyrae. Cum
licentia superiorum. Monachii, typis Joannis Chri-
stophori Mayr, Civit. Typogr. MDCCLXI.

Dieselbe besleht aus 4^{1/2} Octavhogen ohne Seitenzahl. Von ihr urtheilt nun der Prälat: „Hic omnino Praesul Wengensis a Bacchis discerpitur; nullus calumniarum finis, antiqua crambe apponitur, et redivivae Ranbeckii Eumenides producuntur in Theatrum. Sed neeum finietur Kempisiorum supplicium. Redux quidam SS. Theologiae Studiosus ex Frisingensis Liceo retulit mihi, se ex ipsius aulici typographi ore intellexisse sudare sub prelo novum P. Angeli opusculum contra Amorti Dissertationem aculeatissime scriptum, atque inter paucos dies finiendum.“ — Dann fügt er bei: „Mihi fixum firmumque est: nihil amplius scribam adversus Schyrensem Leopardum. Patiar tamen publice excudi *Trautweinii nostri Lapsus Angeli Schyrensis. Jam primum è prelo emersit folium.* Alterum illius opusculum de Authentia Bullae Gregorii IX. Vercellensis datae sub incude est. . . Quid ad haec piissimus et invictissimus noster Amortus? An nullum ipsi suppetit medium compe- scendi per Romanum tribunal Benedictinorum pertinaciam? Dolendum certe tot bonas horas perdi in hac controversia prorsus inutili.“

In dieser Schrift des P. Angelus waltet allerdings mass- lose Persönlichkeit vor, die den Prälaten Kuen ungemein schmerzte: „Dum illam lego“ — schreibt er am 27. Sept. — „vel relego indies nova mendacia, novas calumnias invenio. Ineptiarum nullus est finis.“ Indem er eine Blumenlese hier- von giebt, fügt er bei: „et dedicata est R^{dum} Schyrensi!“

Am 28. Oct. theilte Kuen dem Prälaten Töpsel mit: „Frisingae neeum typis expressa est Cacangelli Schyrensis Apologia contra Amortum. Interim *Ulmenses* operae fervent in excudendis *Schyrensis Angeli Lapsibus. Refutatio Didymi Vercellensis* jam ultra umbilicum absoluta est. *Adolphus de Kempis defensus* sub incude est R. P. *Iosephi Lederer* 1).

(Fortsetzung folgt.)

1) Töpsel schrieb auf einer Einlage bei: „Non recordor *typis* esse excusum.“ Am 12. Dec. 1761 schreibt Kuen an Töpsel: „P. Josephus eleganti carmine minime stramineum fuisse cecinit Gabrielem Naudaeum, quod certe non absque risu leges. Abigamus satyra, qui mordaciter adversus nos pugnant. Ante ferias Christi adhuc ad Pollingani Phoebi tribunal ut deferatur MS. curabo. Hodie postquam haec jam in chartam effudi lepidam Satyram detulit ad me Author juvenis.“ Bezüglich dieses Gedichts schrieb Töpsel am 26. Jan. 1762 zurück: „O ut brevi typis impressum hisce oculis cernam *Naudaeophili* Carmen. Non mihi solum, sed omnibus, quotquot legerunt, imo Apollini ipsi probatissimum.“ Am 29. Dec. 1861 schrieb Kuen noch überdies von P. Joseph: „*Angelum recenter depezerum.*“ Gedruckt wurde keine Schrift Lederer's, die sich auf diesen Streit bezogen hätte. Lederer's Schriften finden sich ver-